



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,
insignes & peruetusti**

Petrus <Chrysologus>

Lvgdvni, 1623

De Socru Petri, Sermo XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](#)

De Socru Petri, Sermo XVIII.

Matt. 8. **H**odierna lectio didicit attentus auditor, quare
cœli Dominus, restaurator vniuersorum, ter-
renas & seruiles intrauerit mansiones. Sed nihil
mirum si ad omnia dignanter accessit, qui clemen-
ter venerat omnibus subuenire. *Cum venisset, in-
quit, Iesus in domum Petri, vidit sacerdotem eius iacentem &
febriendem.* Videtis quæ res ad domum Petri inuitauer-
it Christum: vtique non discumbendi voluptas, sed
iacentis infirmitas: non prandendi necessitas, sed sa-
lutis occasio, diuinæ virtutis opus, non humani pom-
pa conuiuij. In domo Petri non vina, sed lachrymæ
fundebantur: turbabat ibi familiam non cura conui-
uij, sed cura languëtis: febris ibi, non edacitas æstuau-
bat. Vnde illuc Christus non epulas percepturus, sed
vitam redditurus intrauit. Deus quærerit homines, non
humana, cœlestia dare cupit, non concupiscit inueni-
re terrena: Christus ergo recepturus nos, non nostra
quæ siturus aduenit. *Cum venisset, inquit, in domum Petri,
vidit sacerdotem eius iacentem, & febriendem.* Ingressus in do-
mum Petri Christus ad quod venerat, vidit, non as-
pexit qualitatem domus, non occurrentium turbas,
non salutantium pompam, non familiæ concursum:
certè non ipsum præparationis ornatum, sed inspexit
gemitum languentis: febrientis attendit incendium,
vidit periculum desperatæ: & statim manus ad opus
suæ deitatis extendit: nec ante ad humana discubuit
Christus, quam mulier quæ iacebat, consurgeret ad
diuina. *Tenuit, inquit, manum eius, & dimisit eam febris.*
Videtis quomodo dimittit febris, quæ reuuerit Chri-
stus: ubi non stat infirmitas, ubi auctor salutis assistit:
accessus illuc mortis nullus est, ubi viuificatoris in-
gressus est. *Tenuit, inquit, manum eius.* Quæ necessitas
tangendi

tangendi erat, vbi inerat ius iubendi? Sed Christus tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem. *Tenuit manum eius.* Ut quod manus præsumentis amiserat, manus repararet auctoris. *Tenuit manum eius.* Ut acciperet indulgentiam manus, quæ carpserat de morte sententiam. *Et surrexit,* inquit, & ministrabat ei. Et Christus mulieris indigebat obsequio, & mulieris proiectæ ætatis, senectutis summae filiis aggrauatae: sic in domo Petri non erat veracula, non minister, non familiaris, non propinquus, certè non vxor, quæ matris obsequium præueniret? & ad suminam, Petrus ipse causas suæ verecundiae non videbat, ut hoc anus, hoc socrus ficeret magistro, discipulus quod debebat: fratres Christus ab illa humanum non exigebat obsequium, cui ministerium diuinitatis impenderat: sed ministrare illam ad indicium redditæ sanitatis admisit. Christus sic fugat morbos, ut vires pristinas mox reducat: vbi curat ars, ibi infirmitatis residet lassitudo: vbi sanat virtus, ibi languor vestigium non relinquit. Sed in hac lectione quid spiritualis intelligentiae lateat si scire volumus, verborum flosculos non queramus: qui maturitatis fructum querit, despicit amœna camporum: violæ, rosæ, lilia, narcissus, grati flores, sed gratior panis. *Quod est odor paribus, hoc est auribus sermonis orhatus,* quod dat panis vitæ, hoc scientia dat saluti. Seponenda est ergo eloquentiae voluptas, quando scientia depositur fortitudo. *Cum venisset, inquit, Iesus in domum Petri.* Ad domum Petri venit Christus, ut domus Petri veniret ad Christum: tunc ad domum Petri venit Christus, quando habitacula nostræ carnis intravit. *Cum venisset Iesus in domum Petri.* Quæ est domus Petri? illa, de qua dicit Dominus. Et tu Bethlehem domus Iuda, non es minima in principibus Iuda: ex te enim exierit dux, qui reget

Matt. 2.

Mich. 5.

- Rom. 8.* reget populum meum Israel. Vnde & Apostolus : Ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in saecula. *Cum venisset in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem.* Vedit synagogam iacentem in perfidiæ suæ tenebris, decubentem sub suorum sarcina peccatorū: vitiis ad phrenesim usque febrentem: & ideo tenuit manum eius, quia non tantum verbo, sed & manibus Iudaicæ gentis operatur salutem: audi Prophetā, Deus autem Rex noster ante saecula operatus est salutē in medio terræ. *Tenuit manus eius.* Ut antè Prophetarum sanguine manus eius mundaretur, quā ministratio ecclesiastica fumeret sacramentū. *Et surrexit & ministravit.* Hinc est quod erecta est quæ iacebat, & ministrat Christo, dum sanctificat manus suas modò in operibus bonis, quas antè malis operibus polluebat. *Vespere, inquit, factō obtulerunt ei multos, dæmonia habentes, & eiiciebat spiritus verbo:* Hoc humanitus quomodo intelligi potest, ut cōtēpro die, vespere multos, & male saucios salutis quidi ad salutis remedia baiularent? Sed vespere est, cūm finitur dies saeculi: mundus à luce temporū cū declinat. Sero lucis redditor venit, ut nobis gētibus, qui in nocte venimus saeculorum, diem redderet sempiternam. *Vespere autem factō, obrulerunt ei multos, dæmonia habentes.* Vespere, hoc est, nouissimo tempore nos gentes offert Deo Apostolorum pia & solennis deuotio: & pelluntur à nobis dæmones, qui nobis idolorum cultus imperabant: *Psal. 95.* audi Prophetam: Omnes dij gentium dæmonia. Ignorantes enim unum Deum innumeris diis seruiebamus sacrilega & sordidissima seruitute. *Et eiiciebat spiritus verbo.* Quia ad nos Christus carne non venit, venit verbo: ubi ergo venit fides ex auditu, auditus per verbum, nos fecit liberos dæmoniaca seruitute: dæmones reddidit ex impia dominatione captiuos. Hinc est quod

quod dæmones sub manibus nostris torquentur imperantibus nobis, qui nos subiiciebant lignis, lapidibus adiiciebant, & vacuas quotidie figuræ inani timore vexabant. Modo est fratres, ne nos infidelitas ad eorum reuocet seruituteim: non laqueemur augriis, non diuinatione fallamur, non cipiamur sortibus, non à manibus inducamur, non seducamur mortibus, non pestibus anhelantibus captiuemur: sed nos, nostrosque actus commendemus Domino: committamus patri, credamus Deo, quia tempus hominum sicut Deus agit: & ideo sicut pater actus dirigit filiorū, & ut Dominus curam familiæ non relinquit.

De scriba cui Christus se qui se non permisit,

Sermo XI X.

Hodie Euangelista sic cœpit. *Videns, inquit, Iesus turbas multas circa se, iussit ire trans fretum. Quoties circa Dominum se indocilis turba diffundit, & iactatur in conscientiæ procella, quietem deserit, petit fluctus, portum deserit, naufragia intrat, ad excelsa contendens mergitur in profundum., tunc Christus hoc mare talibus turbatum turbis transfretari iubet. Videns, inquit, Iesus turbas multas circa se, iussit ire trans fretum.* Non ut fugeret homines qui hominum venerat ad salutem, sed insipientibus inducias dat credendi: errantes ut reuertantur, expectat: patientiam præbet, & veniam, qui non vult proferre sententiam: sustinet contumaces, qui vult non perdere, sed saluare quod fecit. *Accedens, inquit, unus ex Scribis, ait illi, Magister sequar te quocunque ieris. Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incaute sequi. Sed ad omnia posse quis promittit? Dixisset cautius, sequar te quocunque iussleris: humanius certè, quocunque volueris. Sequar te quocunque ieris. Sic dicit qui inter se & Dominum quid*